

S. D. Verebar quidem, ne ineptus essem, si
 hoc tempore, quo tibi, si unquam alias, pluri-
 mum eris necece, saepius te interpellarem. Sed
 pudorem hunc meum facile viciis amoris tui ma-
 gnitudo tanta, ut etiam ineptias meas in optimam
 partem accipias. Magna in expectatione sumus
 miseri, quos in his regionibus utriusque Antichristi
 terrores cruciant, qualis sis eventus futurus earum
 rerum, quae apud vos geruntur, quantum ex causis
 non ignotis non difficile est iudicium, sum profer-
 rim historia ecclesiae tum praedictiones certissimas,
 tum exempla similia nobis subijcias. Neque fides &
 invocatio nostra, quae aeterno fundamento nititur
 fallere nos potest, etiam si quid patimur, deo via
 gubernante, sicut ipsi gloriosum est, nobis vero
 salutare. Sed apud nos audio, factionem illam, quae
 Turcis magis applaudit, quam Germanis, nescio quid
 novarum turbarum moliri, ex bello Germanico capi-
 endae occasionem, ut nobis opprimendis alterum ho-
 stium anteverrat. Adeo multiplici meum undique ter-
 reor. Imperator Carolus in Thraciam legatos
 misit, qui pacem continent, in nostram perniciem
 O nos miseros, in quos parte inferat et mundi totius
 us conivatio nunc uno impetu feruntur, nisi scire
 remus, quem habebimus defensorem. Is enim in
 ira sua loquendo conturbabit eos, qui quaerunt
 nos perdere, nunc deum Evangelij sui gloriam
 ostensurus, tum in ijs glorificantis, qui in eius
 confessione perseverabunt, tum in hostibus coercentis.
 A te, mi carissime preceptor, me amari cupio, ut
 habentis, quem precor, ut Christus servet nos
 defendat. Barthol. xiiii Sept. M. D. xlvj

Quod impor a te petui,
 de Bœmo quodam Theo-
 logo, qui a meo cubitus
 vocatur, id nunc quoque peto, ut
 si qua spes est, rem promoveas.

Tui observantiss
 Leonardus Säckel